

# SACRAE PRECES ET ORATIO- nes, infra Missarum solemnia, & alibi recitādæ, pro Hispalensis Archiepiscopi electione impetranda.

A VTHORITATE APOSTOLICA, A  
felic.recoid.Gregor.PP.XIII.approbatæ.Et mā-  
dato DD.Decani,& Capituli Canonicorum in  
sacris Hispalensis Ecclesiæ,Sede vacâte,ab om-  
nibus Ecclesiasticis personis in eadem civi-  
tate ac Diœcesi (iuxta Tridentinæ Synodi præf-  
criptum) Dño Deo nostro proponendæ.

R V B R I C A .

**I**CENTVR CVNCTIS DIEBVS  
in Missa conuentuali (præterquam in Festis primæ  
clasis) & extra chorum pro opportunitate tēporis:  
Celebrante inter ministros in medio altaris , & omnibus in  
Choro & extra chorum genuflexis, præterquā in Dominicis  
diebus & tempore Paschali quibus temporibus stebunt , &  
semper recitabuntur post Orationē Dominicā , & ante ora-  
tionē, liberanos quæsum⁹ Dñe,&c. Subdiacono retinē-  
te patenā,qua ad usq; omnino recitetur; & addicēdus oratio-  
nes Celebrans cū ministris surget,cæteris omni⁹ genuflexis.

ANTI-

# ANTIPHON A.

**S**VSCITA nobis Domine Sacerdotem fidelem, qui iusta cortuum faciat: ædifica eum domum fidelem, & ambulet coram Christo tuo cunctis diebus.

*Psf.* Ut sedeat cū Principibus, & soliū glorię teneat.  
*Vers.* Domini enim sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem.

*Psf.* Ut sedeat cum Principibus, & solium glorię teneat.

## P S A L M V S.

**Q**VAM dilecta tabernacula tua Dñe virtutum; cōcupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi. Cor meum, & caro mea: exultaverūt in Deū vivū. Etenim passer invenit sibi domum: & turtur nidū sibi, ubi ponant pullos suos.

Altaria tua Dñe virtutē: Rex meus, & Deus meus. Beati, qui habitant in domo tua Dñe: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē, videbitur Deus Deorū in Siō. Domine Deus virtutum exaudi orationem mcā: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia

Quia melior est dies una in atrijs tuis: super millia,  
Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam.  
habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus:  
gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonnis eos, qui ambulant innocen-  
tia: Dñe virtutu, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæ-  
cula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison.

Pater noster.

*Totum secreto.*

¶. E T ne nos in ducas in temptationem.

¶. Sed liberanos a malo.

¶. Emites Spiritum tuum, & creabuntur.

¶. Et renovabis faciem terræ.

¶. Post partum Virgo inviolata permansisti:

¶. Deigenitrix intercede pro nobis.

¶. Ora pro nobis Beate Isidore.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi:

¶. Exaltent eum in Ecclesia plebis.

¶. Et in Cathedra seniorum laudent eum:

¶. Fiat pax in virtute tua.

¶. Et abundantia in turribus tuis.

¶. Domine exaudi orationem meam:

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Et cum spiritu tuo.

ORE

**D**EVS, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis en eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

**C**Oncede, nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetuamentis & corporis sanitatem gaudere, & gloria Beatæ marie semper Virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, & eterna perfrui lætitia.

**I**nterveniat pro nobis, quæsumus Domine Beatus Pontifex, & Hispaniae Doctor Isidorus, ut eius intercessione ad æterna præmia pervenire mereamur.

**O** Mnipotens & misericors Deus, qui pro tuis ovi bus animam ponere non recusasti, tesupplies exoramus, ut præficias nobis Pastorem, qui bonitate, scientia, & disciplina prædictus, gregem sibi commissum ad æterna pascua, te opitulante, perducat.

**D**EVS à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine tempora, sint tu i protectione tranquila. Per Christum Dominum nostrum. *¶ Amen.*

**¶ L A V S D E O .**